

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Commentationem historico-literariam de Lutherio omnia
in omnibus post haec edendam indicat et de scriptoribus
Lutheri vitam illustrantibus fusius in Limine tractat
propensum lectoris animum sibi ...**

Wimmer, Johann Abraham

Vitembergae, 1723

Character Lutheri

[urn:nbn:de:bsz:31-67567](#)

CHARACTER LVTHERI

a supra laudato SELNECCERO concinnatus, et *Vi-*
ro Summe Venerabili, Dn. D. Mart. CHLADENIO,
in pereleganti de Doctoratu LVTHERI
Commentatione probatus:

Lutherus a Deo honorem, *ἀξιωματος*, et autoritatem habebat, qua minime efferebatur, et quam non ambiebat, et osor ac hostis erat omnium superborum et ambitiosorum. Fuit enim uebemens et acer, cum uebementia opus esset: fuit humanissimus erga omnes: liberalis, praesenti animo atque laeto, affabilis, placidus, cuius os et suauitatem et grauitatem prae se tulit, oculi leonini acumen ingenii excellentissimi et animum intrepidum ostenderunt, in consolandis aegrotis, afflictis, tentatis, totus uixit, ad prosterendum et ad erigendum, ut necessitas et circumstantia postulauit, paratus et felix, nemo tam potens, nemo tam doctus, nemo tam ueritus, qui spiritum eius potuisse superare, seducere, circumuenire, cessit omnibus et cessit nulli: omnibus, quo ad officia illis exhibenda: nulli, quo ad Verbum Dei afferendum: ex uerbis animum habuit statim sibi perspectum: superbos, quanticunque essent, ut glumam et sterlus fecit, incertos de fide sua, si dociles essent, ceu pueros, fideliter docuit, si praefracti et pertinaces in opinionibus defendendis Verbo Dei repugnantibus et absurdis, iudicio Dei reliquit et Vates uerissimus interitum ipsis praedixit. Certum etiam hoc est, Deum uoluisse per Lutherum, tanquam per singulare organum ea inchoare, et perficiere, eaque perficisse, quae per alios mille, quantumvis potentes, doctos, et felices, perficere noluit, atque unum Lutherum res diuinias eo animo, spiritu et successu tractasse, explicasse, fundasse et propagasse, quo alii, quantumvis clari et eruditioinis nomine insignes, uix exordium aliquod facere potuissent, aut si quod fecissent, in medio illud reliquissent imperfectum, absteriti metu periculorum *ναι απερθολησθεντων* in hac uita. Selv, fol. 55. b.

F I N I S